

Medic.

^v
Suod. 361

DISSERTATIO
PHYSICO-MEDICA.
DE

FEBRIBUS.

In qua juxta normam *Philosophia pu-
rioris* & fundamenta CRAANE-
NIA, clarè & distinctè utilia multa
ad Oeconomiam animalem perti-
nentia, proponuntur.

AUCTORE
A. v. L. Med. Doct.



LUGDUNI BATAVORUM,
Apud CORNELIUM BOUTESTEYN,
cbs Is c LXXXVIII.

EX LEGATO

ORIS MEDICINAE

L H O R N

DONAVIT

MAGISTRATUS HUIUS OPPIDI

ANNO 1806.

470363

DISSERTATIO
PHYSICO-MEDICA.
DE

FEBRIBUS.

In qua juxta normam *Philosophia pu-
rioris & fundamenta CRAANE-
NIA*, clarè & distinctè utilia multà
ad *Oeconomiam animale[m] perti-
nentia*, proponuntur.

AUCTORE
A. v. L. *Med. Doct.*



LUGDUNI BATAVORUM,
Apud CORNELIUM BOUTESTEYN;
cl[aus]o Is c lxxxviii.

M. D. VII. 55

EX LEGATO

DOCTORIS MEDICINAE

K
E
I
L
H
O
R
N

DONAVIT

MAGISTRATUS HUIUS OPPIDI

ANNO 1806.

470363
6



DISSERTATIO
PHYSICO-MEDICA.

DE

FEBRIBUS.

P R Æ F A T I O.

QUam parum profecerint in investigandis rerum naturalium causis, qui, cum aliquid esset probandum in disputando, affirmabant, & cum ratio hujus affirmationis quaereretur, tantum obtrudebant: *αὐτὸς ἔφα*, ipse dixit; *Ἀχιλλεὺς* & invictis argumentis probare necessarium non duco. In disputando enim non tam auctores, quam rationis momenta quaerenda sunt; immo obest plerumque iis, qui discere

*volunt , auctoritas eorum ,
qui docent. Discentes plerum-
que suum iudicium non adhi-
bent , sed ratum potius ha-
bent , quod ab eo , quem pro-
bant , iudicatum vident. Ele-
ganter inter alia de his loquitur
summus Verulam : lib. nov. org:
p: m: 39. Aph. 42. , habet unus-
quisque (præter aberrationes
naturæ humanæ in genere)
specum sive cavernam quandam
individuum , quæ lumen natu-
ræ corrumpit & frangit , vel
propter naturam cuiusque pro-
priam & singularem , vel pro-
pter educationem & conver-
sationem cum aliis , vel pro-
pter lectiones librorum &
(NB.) auctoritates eorum ,
quos quisque colit & miratur ,
vel propter differentias impres-
sionum , prout occurrunt in
ani-*

*animo præoccupato & præ-
disposito , ut in animo æquo
& sedato vel ejusmodi. ô tem-
pora , ô mores ! Quibus tanti
valet auctoritas , quibus non
tam inquiritur veritas , quam
respicitur antiquitas. Prima
ignorantiæ fundamenta jaciun-
tur , cum ne latum unguem
ab antiquitate recedere lici-
tum. Sed quid memoro antiqua
illa tempora ; cum hodierno se-
culo vix aliam , quam tritam
viam insistere , vix ad nova
aspirare , vix quædam , quæ
hactenus incognita fuere , & in
Democriti puteo latuere , in
publicum proferre liceat : illa
enim nigro notantur carbone ,
immo pro falsis habentur , non
quia reapse falsa , sed quia no-
va , hactenus inaudita , atque
adè majorum præceptis minus*

convenientia sunt ? hoc autem
verè est in verba magistri jura-
re ; hoc verè est præjudicium ob-
rui : quæ quantum in philoso-
phicâ rerum naturalium inda-
gatione nocumentum attulerint,
quibus vel unica tantum salis
mica suppetit , luce meridianâ
clarius patet. Videlicet idola
& notiones falsæ (ut optimè an-
notat magnus Verulamius) quæ
intellectum humanum jam oc-
cuparunt , atque in eo altè hæ-
rent , non solum mentes homi-
num ita obsident , ut veritati
aditus difficilis pateat , sed
etiam dato & concessò aditu, illa
rursus ipsa instauratione scien-
tiarum occurrent & molesta
erunt nisi homines præmoniti
adversus ea , se , quantum fieri
potest, muniant. Mirum idcir-
co non est, quod maximâ ratio-
ne

ne ductus Philosophus Des-
Cartes in ipso limine ea omnia
deposita & eruta esse vult ex
mentibus eorum, qui ad Phi-
losophiam animum suum appel-
lere student ; & postea , cum
jam multa , quæ præcedere
debebant , essent demonstrata,
tandem in fine part. prim.
princip. philosoph. §: LXXII.
ea tanquam noxia & ad Phi-
losophiam planè non idonea,
immo errorum causas esse de-
monstrat : illis ergò nobis li-
beratis , & ratione potius,
quam auctoritate nitentibus ,
altius forsân ipsa Medicinæ sa-
cra adire licebit , quam aliis ,
qui cuculi more ad unum o-
mnes, aliis solum verbis adhi-
bitis, eandem cantilenam ceci-
nerunt , nam serum profecto re-
bus adhibetur remedium , post-
quam

quam Mens ex quotidiana vi-
tæ consuetudine & auditioni-
bus & doctrinis inquinatis oc-
cupata & vanissimis idolis ob-
fessa fuerit. Verùm quid tam latè
divagor? operi manus admoveã.
Sed tamen, interim nil cuipiam
mirum videri debet, si à divisio-
nibus & consuetudinibus quandoque re-
cedam, adjectio enim dum totum
variat, etiam partes earum-
que sectiones necessariò variat,
Antiquis Auctoribus suis con-
suetudo honos atque adeo omnibus:
quia non ingeniorum aut facult-
atum inducitur comparatio, sed
vite, nosque non iudicis sed in-
dicis viam sustinemus.

Xer-



Xerxes, Rex Regum sui tem-
poris omnium facilè prin-
ceps, cum universum Helle-
spontum navibus suis refertum,
& omnia littora atque Abyde-
norum plana militibus scatere
vidisset, se ter quaterque beatum
prædicavit; At mox effudit la-
chrymas: Artabano, Regis pa-
truo, hujus subitæ mutationis
causam roganti respondit Rex,
subit animû meû cogitatio, quam
brevis sit hominum vita, & quam
multis & quantis miseriis sit ex-
posita, quando ex tantâ multitu-
dine post annum centesimû ne-
mo superfuturus est. Quid mul-
ta? Multitudo & diversitas mise-
riarum, animum nostrum nunc
singulis simul intentû esse vetat,
unicum ergò tantum cruciatum

A 5

pro-

proponemus, qui nulli parcit ætati, qui à minimo sæpius in diætã vitio commisso ortum trahit, qui nullam ferè totius humani corporis partem intactam relinquit, quique omnium propemodum alicujus momenti morborum comes est, eos vel antecedendo, vel concomitando, vel denique consequendo. De *Febribus* dicturi sumus, materiã sanè, siqua alia, tricis plenã & cimмериis tenebris obvolutã. Imo Helmontius in præfatione suã de hac materiã *se ultra ducentos auctores de Febribus vidisse, & neminem hætenus sibi satisfacisse* asserit; & paulò post exclamat: *quod à diebus Hippocratis* **MEDICINA** *ad summum steterit, si non retroiverit, saltem non profecerit, quia per novas indies centurias ivit in*
cir-

circulum: de hac autem perobscurã materiã nunc aliquid in medium proferre & ostendere quid vires valeant ferre, & quid eãdem recusent, libebit.

§. I. Quemadmodum autem in omnibus suscipiendis ac proponendis certa quãdam methodus in principio proponatur, quæ instar fili cujusdam Ariadnæi in sequentibus adhibeatur: sic etiã nihil antiquius putavimus, quàm nobis certam quandam rerum tractandarum seriem assumere, secundum quam (veluti nautæ secundum pyxidem nauticam) cursum dirigemus, ne ea, quæ primo loco ponenda sunt, ultimo, & quæ ultimo, primo inveniuntur; merumque potius aliud quod chaos repræsentemus, quam rerum benè catenatarum seriem. E re ergò nostra esse pu-

tavimus I. per pauca de nomine *Febris* in medium proferre. II. Veterum *definitionem* examinare. III. *massam sanguineam* paullo accuratius, ac vulgò fieri solet, inspicere. IV. *Februm causas* generales recensere. V. *differentias*, earumque causas inquirere. VI. *Phænomena Februm*, quasi in transitu, explicare. VII. *Prognostica* aliqua recensere, & examinare. VIII. denique succinctam *curam* ad-jicere. Verum tot cum sint capita, & tam multa in singulis consideranda, breves hic duce-mus lineas medullâque rerum laconicè propositâ, manum de tabula tollemus.

§. 2. *Etymologia* non est quod multis inhæreamus, ne potius ad verba (multorum sæpè errorum causas) quàm ad ipsas res
at-

attendere videamur, cum iis qui magis comptam quandam phrasin, teretem periodum, clausularum rhythmos, troporum stellulas quàm pondus rerum, rationum nervos, inventionis acumen aut iudicii limam affectant. Paucis solummodo dicemus, quod alii à *feritate*, alii à verbo *februo* quod idem est ac *ferveo*, alii ab antiquo *Hebris*, *H* mutato in *F*, ut innumeris aliis nominibus contingit, nomen *Febris* deducant. Rectà potius tendimus ad *examen veteris definitionis*, utpote majoris momenti.

§. 3. *Definitio* autem illa sic sese habet: *Febris est calor præternaturam in corde primum accensus, dein delatus per totum corpus functiones lædens*: Circa hanc definitionem varia confi-

derabimus, & generatim primo dicimus hanc definitionem nequicquam continere, quod ignarum vulgus prætereat. Neminem enim unquam tanta cepit dementia, ut calorem plurimis *Febribus* negaverit: & nemo non compertum habet functiones lædi ab immodico calore. Sed specialius paullò: calor ne constituit essentiam *Febris*? minimè; multæ enim dantur sine calore, uti sunt *rigidæ*, *castrenses*; de quibus in sequentibus fusius, quæ absque magno calore & ulla siti suam peragunt tragediam, & in ipsâ peste (quæ nil nisi *Febris*, & inter illas facillè principatum obtinet) nonnunquam pulsus reperitur naturalis, urina laudabilis, uno verbo, omnia sanorum simillima, licet mox tamen æger extinguitur,

tur, adde quod intermittentes febres non cum calore sed magno frigore corpus invadant. Imò *Galenus* l. I. c. I. de *Febribus* disertis negat verbis *calorem omni Febri adesse*, & S. seq. *calorem non constituere essentiam Febris* asserit: & alibi *accidens*, alibi *effectum* refert: accedit contrarietas in ipsâ etymologiâ; Græci enim illam *πυρεθών*, Germani *Das Rätte*, *Nostrates de kooztg* (quasi *van de koutw*) vocitant.

Porro ajunt: *est calor præter naturam*; vox hæc est obscura satis, & hætenus nunquam explicita: an calor *præter naturam* debeat sumi pro insueto, an pro gradu majore aut minore, an aliâ ratione, quis facillè exinde determinabit? fate-mur equidem multum esse di-
ver-

veritatis in rebus calidis, ita dicitis, nec non hæc corpora tepida, hæc calida, hæc urentia dici: notatne autem illud alium ab alio totâ essentiâ esse distinctum? demonstratne hoc hunc calorem cum illo nihil habere commune? Quis sanæ mentis hoc affirmabit? immo quibus vel tantillum aceti est in pectore, potius *accidentalem graduum* hanc esse differentiam, omnes uno ore exclamabunt. Præterea *Febris* dicitur *calor*: Magna differentia est inter corpus, quod dicitur *calidum*, ab eo, quod nuncupatur *calor*, quid si *Febrem calidam* i. e. calorem producentem dixissent, toto quidem non errassent cælo, sed illam calorem vocitando; ostendunt eundem sibi nullo modo fuisse cognitum. Calor enim

&

& frigus nunquam *corporibus*, semper autem *nostro intellectui* tribuenda sunt. Fatemur equidem esse quid in rebus, quod nobis caloris vel frigoris ideam repræsentet; sed illa valdè differt à re quæ dicitur calida aut frigida. Concedimus equidem, quod in corporibus adsit vel agitatio, vel quies major aut minor particularum minimarum juxta se invicem; sed hæc cum *ideâ* caloris aut frigoris nihil commercii habent; ideoque etiam illæ ideæ inter *confusas* recenseri solent.

Jam pergit definitio: *in corde primum accensus, & dein delatus per totum corpus*; nos putamus calorem illum (liceat nobis hac voce uti) oriri extra cor, in hoc aut in isto vase, in hac aut in illâ parte solidâ. In

Fe-

Febris enim *intermittenti-*
bus calorem accendi eâ in par-
te, ubi aliquid peregrinum val-
de sanguini & humoribus cir-
culantibus admiscetur, & in
continuis illum communiter ori-
ri in ipsâ parte inflammata aut
exulcerata, vel circa eam, res
ipsa loquitur, luceque meri-
dianâ clarius evadet in sequen-
tibus. Si autem fiat ab intem-
perantiâ, aut veneno assum-
pto, nonne tum cordi primi-
tiæ *Febris* sunt adscribendæ?
Nihil minus; si enim ab intem-
perantiâ, prima mutatio in
sanguine fit circa venam axil-
larem, ubi ductus chyli fer sese
exonerat: quando vero fit à
veneno, si non oritur *Febris*,
cum malum adhuc versatur in
ventriculo aut intestinis, extra
omnem controversiam orietur,
an-

antequam cor ipsum subeat. Hac
unicâ fideliâ duos dealbavimus
parietes, & ostendimus simul,
quod calor non semper defera-
tur à corde ad omnes partes:

Ultimo addunt *functiones læ-*
dens; quod si calor febrilis læ-
dat *functiones*, quid opus est
addidisse vocem *præter natu-*
ram; *functiones* enim lædi se-
cundum naturam nullâ ratione
possunt: & hæc de veterum de-
finitione sufficiant.

Non minus falsa est definitio
Dni. *Barbette*, qui dicit febrem
esse *auctam sanguinis circulatio-*
nem; hoc enim modo omnia
sudorifera producerent febres
quod falsum, nam easdem tol-
lunt & avertunt; præterea quis
auctam sanguinis circulatio-
nem agnosceret in illis febribus,
ubi tanti sunt *frigoris* insultus,
ut

ut totum cubiculum nonnunquam cum ægro contremiscat, sed notiora hæc sunt quàm ut ulterius explanentur. *Aliorum* definitiones, ut minus tritas & ejusdem fere, cum recensitis, indolis, sicco pede præterimus.

§. 4. Jam *sanguinis* naturam enodare animus est; illud autem ut accuratè fiat, *duo* in ipso considerare oportet, & inspicere ex *quibusnam* particulis fit conflatus, & inde *consequens* alterum, ejus *fermentationes* examinare. Ut primum innotescat, nulla methodus præstantior est, quam quæ per cibi & potus, materiam sanguinis constituentium, naturam cognitam, ipsam massæ sanguineæ essentiam detegit. Quantum ad *cibos*; quanta quotidie af-

assumitur eorum diversitas? jam carnibus, jam piscibus, jam leguminibus, jam oleribus, jam caseo, lacte, pane, non sive multiplici horum corporum commixtione, conditurâ & præparatione, *etc.* mortaliū vescitur genus; & in singulis, quæ non notatur particularum varietas? adsunt acidæ, salinæ, terrestres, viscosæ, inflammabiles, volatiles, gummosæ, aqueæ & nescio quæ in hisce non inveniuntur. Quantum ad *potum*, ille non minore diversitate gaudet particularum: præcipuam autem hujus partem constituunt vinum & cerevisia; & in hisce magna profecto particularum notatur varietas. Præterquam enim, quod vinum vase contentum tantas in principio subit

subit mutationes, tantas patitur
agitationes, relinquit suum tar-
tarum, fæces &c: cum interim
clarum pellucidum evadat: ce-
revisia hic suas etiam addit par-
tes, hæc autem constat ex hor-
deo, lupulo, &c: ut & ex aquâ,
quæ sola infinitam nobis parti-
cularum suppeditabit varieta-
tem, licet de hordeo, lupulo,
&c. altum apud nos sit silen-
tium. Quid enim nos docet,
præter immensam in aquâ laten-
tium particularum differentiam,
experimentum illud *Helmontii*,
qui aliquando sumpsit salicem
tb. v. eamque cistæ, quæ conti-
nebat cc. terræ tb, commisit; &
nihil nisi aquam quotidie insper-
gens, tandem post elapsam quin-
que annorum spatium, anim-
advertit hanc arborem adeò
proceram factam fuisse, tb. CLXIX.
cum

cum ziii. eâdem præter propter
remanente quantitate terræ?
Prætermitto, quod aqua, quæ
nunquam recta transit, sed im-
mediatè de cælo delapsa, asser-
vata, tantam intra paucorum
dierum spatium relinquat fœ-
cum copiam. Taceo, quod in unâ
aquæ guttulâ microscopiorum
melioris notæ ope ultra octin-
genta millia animalculorum (de
quibus consulantur observatio-
nes microscopice Curiosissimi
Dni. *Antonii Leeuwenhoeck*)
subsultim sese agitantium videri
possint.

§. 5. Cui hæc minus arridet
opinio, nos omnia hæc à priori
deducere, & minimè cum expe-
rientiâ convenire, obtrudet.
Verùm ut & illi satisfiat; unde-
nam quæso spiritus animales,
saliya, succus pancreaticus, bi-
lis,

lis , urina , cærumen aurium ,
fermenta tam ventriculi quam
cordis diversa , &c. originem
suam trahunt , nisi ex solo san-
guine ? considerabimusne ergò
illum constare *solummodo qua-*
tuor humoribus (juxta nugato-
rium commentum Aristotelis
de quatuor elementis) *bile , se-*
ro , pituitâ & melancholiâ , il-
losque solos omnium tempera-
mentorum causam statuemus ?
Minimè ; nullus enim horum re-
verà simplex est , atque adedò
nullus elementum ipsius sangui-
nis dici potest : præterquam e-
nim , quod omnes vel *naturales* ,
vel *præternaturales* , vel *excre-*
mentitii , vel *non excrementitii*
dicantur , illi ipsi nihil sunt præ-
ter congeriem variarum particu-
larum in hoc majori , in illo ve-
rò minori copiam existentium.

Bi-

Bilis enim particulis salinis , ter-
restribus , oleosis , aqueis , flavis
sive innominatis , viscosis , &c.
constat. *Serum* præcipuè est sal
aquâ dilutum. In *pituitâ* itidem
multæ sunt particule crassæ ,
glutinossæ , terrestres , salinæ ,
paucum vero aquæ. In *Melan-*
choliâ plurimæ sunt particule
terrestres , quibus multum salis
fixi austeri est admixtum. Con-
fugiemusne ad hæc quinque
Chemicorum principia *Spiri-*
tum , sulphur , salem , terram
& aquam ? nec hoc rei ratio per-
mittit , licet longè accuratius ,
quam quatuor illi humores ,
rem enucleent : quamplurimæ
autem in massa sanguineâ repe-
riuntur particule , quæ ad
hæc principia nequaquam re-
ferri possunt. Confer: *Joh.*
Broen exerc: phÿs: Med: de

B

du-

duplici bile Veterum.

§. 6. Cum itaque, particularum, massam sanguineam constituentium, tanta sit quoad magnitudinem & figuram diversitas; hæc minimè inter se ratione pororum & figuram possunt convenire. Et quoniam natura vacuum dari recusat, non debet non præstò esse materia quædam valdè subtilis, Confer: *Cartes: princ: part: IV.* ad omnes hosce poros, quantumlibet ratione magnitudinis & figuræ diversos, implendos, & trajiciendos accommodata: cùmque hæc sit in continuo motu, necessariò etiam illa, quæ hunc porum transit, illidit in alium quem non transit, V. G. quæ porum implevit & transit quadratum, non potest implere & pervadere ejusdem diametri rotun-

tundum; nec quæ rotundum, similiter potest triangularem, &c. sed continuò amovere cogitur particulas proximè adjacentes, & cùm hoc non tantum fiat ab unâ parte, nec in unicâ sanguinis particulâ, sed ab omnibus partibus, & in totâ gutta, imo in totâ massâ sanguineâ; quid inde aliud resultare potest, quàm multarum particularum crassiuscularum divisio, omniumque omnium generis particularum debita mixtio, ita ut undique tam in omnem dimensionem circularem quàm utcunque rectilineam vividus sequatur motus. Fatemur equidem in cordis thalamis, alias quasdam porro accedere causas, quæ subitam quandam effervescentiam producant: verum, quia

absque hac *diversitate* pororum nihil peragi potest, illas sicco pede tranſimus.

§. 7. Notandum insuper, multū ad hæc fermentationes promovendas facere *debitam* particularum constitutionem & proportionem; hæc enim e. g. cum illis mixta majorem producent ebullitionem, quam si illa eadem aliis essent adjuncta. Luculentum hujus rei nobis præbet experimentum Chymia: illa quippe inter alkalia & acida maximam fieri agitationem, alkalia vero mixta oleosis, pinguibus, aqueis, terrestribus, vel aliis alkalibus juxta se immota jace-re nos docet: verum undenam hæc res dependet? Jam diximus ebullitionem illam provenire, cum materia subtilis, quæ hos pertransit poros, nequa-

quam per illos, & contra, quæ illos, nullo modo per hos transit, sed invicem continuò agendo sese amovent. Quando autem particularum quarumvis homogencarum latera sunt ad invicem proportionata, necessum est, ut relicta spatiola, talem etiam observent proportionem, atque vel recta ad invicem respondeant vel parum solummodò à recta positione deflectant, ita scilicet, ut unius positionis ad alteram proportionatus situs satis directus transitum persuolenti cuicumque materiæ æthereæ præbeat, undè evidenter sequitur, quòd cum dictæ ætheris particulæ *satis rectos* meatus, per quos liberè transire possunt, offendunt, nullisque detinentur remoris, quæ eas à recto motu per

spatiola hæc inhi-beant , seque illis medio in itinere ob- jiciant , quòd inquam , nulla vis ad ipsius corporis particulas (utpote in quas non impingunt) in motum vindicandas , exer- ceri possit , e. g. quando corpus A, poros habet non multum discrepantes à poris corporis B, vel pori corporis B, non sunt adeò constantes, sed facilè ad occursum aliarum accedentium particularum immutantur , & materia quæ transit per poros corporis A, perventura est ad poros corporis B. facili negotio eos pertransibit , vel accom- modabit ad suam magnitudi- nem & figuram , unde tanta inde non oritur agitatio , tan- ta fermentatio , quam si magna esset discrepantia , & constan- tia pororum in utroque cor- pore.

pore. Ergò quò major est con- venientia pororum , & mi- nor eorum constantia , eò etiam minor inde producetur ebul- litio.

§. 8. Hæc itaque intestinâ & circulari agitatione , quævis par- ticulæ invicem ita commiscen- tur , ut in uniuscujusque guttæ circumferentia , proportionem debitam ratione motus ser- vent ac homogeneæ per hete- rogeneas tangantur ; cujus rei exempla evidentissima suppe- ditat nobis abunde Chemia, ita ut fungum is pro capite habeat, qui quærere audet an in san- guine certa detur mixtura ; nam reverà , quamdiu particulæ , ac per consequens æther aliquis , sanguini humoribusque suppe- ditatur , qui talis præterpro- pter existit , qualis per poros

B 4 ip-

ipforum ordinarie fluere consuevit, tamdiu nulla, vel saltem non notabilis animadvertitur mixturæ consuetæ mutatio.

§. 9. Breviter ita sanguinis naturâ explicitâ, strata nobis via est ad causas *februm*: in iis autem recensendis & examinandis hunc servabimus ordinem: *primo* continentem, *secundo* antecedentes, *tertio* denique procatarticas recitabimus. Quantum ad continentem; nullam aliam statuimus præter materiam quandam ætheream minimè convenientem cum materiâ æthereâ, quæ fluere consuevit per nostrum sanguinem, atque ideo turbantem ejus mixturam, aded ut particulæ, quæ hæcenus dispositæ fuerunt secundum certum quendam ordinem, eodem destituantur, & facta sit

fit confusio totius compositi. Eadem ratione hæc fieri confidero, quâ fit in cerevisiâ, cum aëri libero exposita fulmine tangitur, unde omnis color visui satis amœnus tollitur, sapor depravatur, & ex pellucidâ fit opaca. Non alio percipio hanc mutationem fieri modo, ac in lacte eundem observamus, cum illi acidum quippiam affunditur; non amplius enim deinde notantur illa consistentia, sapor, color, quæ fuerunt ante, sed factâ præcipitatione, vel coagulatione, multæ particulæ vinculo suo solutæ fundum, aliæ latus, aliæ summum petivere, & tanta observatur facta mutatio, ut lac in ipso lacte frustra quæsiveris.

§. 10. Quod causas attinet antecedentes: magna hic nobis

fese offert difficultas, undenam
has hauriamus. Illas autem in
aliis morbis ordinariò reperiri
in ipsâ massâ sanguineâ, & vul-
gò dependere vel à sale, vel ab
acido; viscositate, terrâ, abun-
dantibus, extra omnem posi-
tum est controversiam: ast hoc
in loco inde arcessi nequit; san-
guis enim hic non agit, sed pati-
tur, nullus ergò causarum ante-
cedentium fons alius superest,
nisi in materiâ illâ, quæ intro-
ducit diversum illum ætherem
in nostrum sanguinem: & ne hic
fiat confusio inter causas ante-
cedentes & procatarcticas; *bi-
nas tantùm antecedentes* verè
inveniri posse affirmamus, qua-
rum altera est *inflammatio* par-
tis alicujus notabilis, altera
exulceratio: verum quomodo
hæ diversum ætherem mittant
ad

ad massam sanguineam, jam
enodandum nobis incumbit.

§. 11. *Inflammationem* nihil
aliud esse, quam certam quan-
dam obstructionem partium
membranosarum à particulis a-
cutis rigidis, & quidem talibus,
quæ non in totum illarum poros
oppleant, sed spatiosa quædam
adedò exigua relinquunt, quæ
nulli nisi materiæ subtili pervia
sint, forsitan millies est demon-
stratum. Quoniam autem illa
materia celerrimè semper mo-
veatur, nec tamen ubique inve-
niat poros apprimè responden-
tes suæ figuræ, necessariò impe-
tum facit in proximè adjacentes
& carnes, & membranas, ut & in
ipsum sanguinem, cùmque au-
tem motus hujus materiæ longè
superet motum materiæ, quæ
in sanguine reperitur, & illic
B 6 mi-

minimè inveniatur poros exactè
respondentes suæ figuræ, in la-
tera impingere cogitur, imo
præcipationem quandam, &
inde consequentem mixturæ
turbationem i. e. *febrim* effice-
re; testis est *Angina, Pleuritis,*
Peripneumonia, Phrenitis,
aliaque inflammationum gene-
ra, quas nemini sine febre con-
tinuâ, & acutâ observare licuit.
Exulceratio verò oritur, vel ab
inflammatione præcedaneâ in-
sensibiliter non discussâ, vel
cùm à particulis quibusdam sali-
nis aliquomodo de naturâ cor-
rosionis participantibus, fit dis-
ruptio multarum fibrarum valdè
tensarum, quæque ideò in cin-
cinnos resiliant, instar chorda-
rum instrumenti musici discissa-
rum, unde multorum tubulo-
rum necessariò producitur ob-
stru-

structio, & præternaturalis ef-
formatur cavitas, atque adeò,
cùm humores circulantes & nu-
tritioni inservientes ibi sistan-
tur, in iis oritur quasi pugna
quædam intestina, & particulæ,
quæ antea erant dulces, flexiles,
glabræ, continuâ illâ reactione
in se invicem fiunt purulentæ
salsuginosæ, corrosivæ, & fer-
menti adinstar, in quibus cum
longè aliam observemus poro-
rum constitutionem, & mate-
riæ illos poros continuò perva-
dentis; quid mirum est, sangui-
nis particulas jugiter ex naturâ
circulationis illuc allabentes, &
ad reliquam massam profluen-
tes, inde mutationem quandam
(quemadmodum in *inflamma-
tione* dictum est) imo totius
mixturæ turbationem pati?

§. 12. Jam ad causas proca-

tarcticas ut descendamus ordo
postulat. In his autem primum
sibi locum vindicat *Aër*, qui si
nimis sit subtilis, volatilis, mul-
tis particulis peregrinis abun-
dans, & singulis inspirationi-
bus pulmonum perrumpens po-
ros, massæ sanguinæ dum ad-
miscetur, ibique materiam re-
petit multum à se dissimilem,
nec adedò constanter, nec tantâ
vi fluentem, non potest non
sanguinis particulas, quæ hacte-
nus placido ferebantur motu,
valdè agitare, ut & è suâ natura-
li sede deturbare, atque adedò
febrim producere. Sed unde-
nam aëri tanta lues? tantum in-
quinamentum? Certas quasdam
particulas, fermenti adinstar,
ex aliis regionibus ope commer-
ciorum, vel venti cujusdam, ad
nos delatas; aquas stagnantes,
ut

utpote multo sulphure vel bitu-
mine scatentes, aërem nostrum
contaminare posse certo certius
est. Accedunt tetri factores,
continudò aliquando è terræ fa-
tiscentis gremio eructantes, &
aërem nostrum veluti totidem
contagia, inquinantes. Solem
vero vel Lunam multum huc
tribuere non video, quotannis
licet certum morbi genus hos
illosve arripiat, morbi etiam qui-
dam menstruo redeant spatio,
inde tamen nulla *febris*, præfer-
tim (ut vocant) *maligna*, quæ
præcipuè aërem pro causâ agno-
scit. Certæ syderum conjunctio-
nes, cum habeant notabilem ad
nostram tellurem proportionem
& diversum valdè ad nos trans-
mittant ætherem inter causas
aërem nostrum inficientes,
morbumque hunc illumve epi-
de-

demium producentes, numerari possunt.

§. 13. *Alimenta* plurima, ut pisces marinos, fluviatiles vel recentes, vel aëre, vel fumo siccatos, è carnibus porcinas, hædinas aliasque, fructus immaturos, aut maturos alios, si sint frigidi, aut nimiam copiam ingesti, aliquando producere *febrim*, nullus est, ut opinor, qui dubitat: ast quâ ratione id fiat, hærebit illis aqua, qui aliud quid in *febre*, quam mixturæ turbationem comminisci, & quasi nodum in scirpo querere, conantur: hi autem nullo negotio dignoscunt, per illa vel similia alimenta fluere materiam ætheream, valde discrepantem ab illâ, quæ per nostrum sanguinem fluere consuevit; quæque alimenta, cum
simi-

similem chylum ad sanguinem amendant, pugnam, dictum factum, causantur, & quia majori continuo copia accedit peregrina illa materia, tandem massa sanguinea victis manibus cedere, mixturæque turbationem inire cogitur.

§. 14. *Retentæ* si nimis diu sint *feces alvine*, & intestinalis fistula obsessa, diutinâ illâ morâ fermentationem quandam subeuntes locum parant alii materię æthereæ, non parum ab illâ, quæ antea per suos, atque adeo per ipsius sanguinis poros fluebat, differenti, quæ materia, cum non debet non sanguini communicari, mixturam ejus integram & intactam relinquere nequit. *Hæmorrhagiis* tum narium, tum hæmorrhoidum, tum uteri,

ri, quæ hætenus consueto procedebant tramite, si ponatur obex, fermentationes ventriculi abolere, surditates, capitis dolores, inflammationes, febres excitare posse, nullus, ut opinor, ibit inficias. Inter *excreta* diarrhœæ, dysentericæ, aliæve nimis lautæ sanguinis excretiones; si inter *februm* causas non sunt recensendæ, vix tamen aliquam invenias, cui *febris* non sit comes.

§. 15. *Motus & quies, vigilia & somnus*, tantam non habent quidem connexionem cum *febre*, attamen & ejus causa aliquando extitere, dum videlicet volatiles sanguinis particulas, mixturæ consuetæ fidos conservatores, vel discutiant, vel suffocant. Violentis nimis exercitiis, subitaneum
suc-

succedens frigus, certam ferme *febrim* producit, unde hoc? Gummosa facile in igne solvitur, & tonforibus notum est, & in magnis exercitiis totum corpus plenis expositum ardoribus videmus: gummosæ ergo (quas *thesi* v. in particularum sanguinis enumeratione recitavimus) præ nimio illo igne solutæ, subitaneo superveniente frigore, non possunt non hic illic in latifundiis partium hærrere, unde reliqua massa illis destituta aliquam subit mutationem. Accedit, quod frigidæ illæ particulæ, nulla ratione, illis valdè calidis admisceri possunt, nisi multarum aliarum minus volatiliū motum retardando, licet volatiles, & magis motæ aliæ, nihil vel saltem nihil sensibile quid, de suo

quo motu amittant; unde cum
separatio fiat volatiliū à mi-
nus volatilibus, crassarum à
minus crassis, tota mixtura tur-
bationem patitur. Taceo Pleu-
ritides, Peripneumonias, An-
ginas, aliasve inflammationum
notabilium (quarum *febris*
individuus comes est) spe-
cies, facili negotio inde oriun-
das.

§. 16. Ad *animi* pergimus
pathemata, quæ rerum non na-
turalium agmen claudunt. Ex
illorum autem numero, maxi-
mum cum *febre* habet commer-
cium terror; & dictum factum,
sæpè sanguinis mixturam tur-
bat, quanquam & à gaudio,
vel ab irâ, illam aliquando
productam fuisse, negari ne-
quit. Neque etiam magnam in
nobis admirationem excitare

po-

potest; in terrore enim quia fit
quædam concussio sive contra-
ctio (quæ levis convulsionis est
species) omnium partium mem-
branosarum, & inter illas &
vasa sanguifera numerentur,
mirum non est, dum illorum
motus ab intus contentâ ma-
teriâ oriundâ turbatur, i. e. fiat
levis convulsio, eo tempore
quo sanguis rarefieret, præser-
tim si ejus mixtio non sit valde
accurata, & ad quasvis parti-
culas accommodata, fieri quan-
dam turbationem, quam *febrim*,
lipothymiâ nonnunquam con-
comitatam, vocitamus.

§. 17. *Letus, lapsus, vulne-
ra*, quatenus terrorem incute-
re, vel inflammationes nota-
biles & inde oriundas exulcera-
tiones producere, apta nata
sunt, eatenus etiam inter *fe-
brium*

brium causas recensenda veniunt. Sed quid dicemus de *vermibus*? illosne etiam illis causis annumerabimus? immo sanè; vermium in nostri corporis cloacâ versantium excrementa, poros neutiquam convenientes cum poris nostrorum excrementorum habere certum est, quosque cum alia materia ætherea minimèque concordans cum materia nostri sanguinis continuò persluit, ei adjuncta necessario sanguinis mixturam turbat. *Secundo*, sanguini legitimum chylum denegantes vermes eidem nil nisi particulas crassas, terrestres, & ad nutriendum ineptas concedunt, quæ sanguini admixtæ alias ejusdem generis ad se (non aliter ac magnetem ferrum trahere

vi-

videmus) trahendo, in eo quandam præcipitationem efficiunt. *Tertio*, convulsiones immo insultus epilepticos producendo, eodem, quo §. *præcedenti* terrorem *febrim* producere demonstravimus, modo sanguinem naturali suâ mixturâ privant.

§. 18. Porro cum nunquam circulatio humorum tam ritè procedat, quin hic illic facilè hæreat aliquid, quod morâ & tempore, fermenti naturam, quatenus æther, inæquabiliter perueniendo, varias particulas complanat, acuit & immutat, induat, & dum illud jacet immotum nullas introducat in Oeconomiam mutationes, sed in actum à certo quodam peregrino æthere deductum, & humoribus circumstantibus admixtum (ut in

va-

variolis obtinet) mixturæ turbationem producat: omnes autem hæ enarratæ causæ vel talem faciendõ obstructionem, vel certum quendam ætherem adducendo, & ad fermentum tale aliquod appellendo *febrim* aliquando excitare possunt. Hinc instar corollarii non difficulter deducas: *cur ab uno eodemque alimento à diversis hominibus assumpto, hic febrim corripitur, ille vero nequaquam?*

§. 19. Ut ordinem *thesi* II. propositum servemus, opus erit ut *februm* examinemus *differentias*: auctores si ullibi hic varias habent, & quemadmodum in pulsum differentiis recitandis quam plurimos numerant pulsus in praxi nunquam observandos, sic etiam nescio quas non recensent *februm* di-

ver-

versitates, quæ licet sint aliquando quidem observabiles; tam parva tamen inter quasdam intercedit diversitas, ut longè facilius ad unam aliquam speciem referri, quam sub diversis nominibus tyronum animis imprimi possint: hic, si ullibi, entia multiplicantur sine necessitate. Jam *febres* recitant *siticulosas*, ubi inextincta regnat sitis, quam, licet gelidæ urnam biberis, non superaveris; *colliquantes*, cum brevi temporis spatio corpus valdè extenuatur; *horrificas*, in quibus horrores frequentes accidunt; *assodes*, cum ægri valdè anguntur, se jactant, & laborant ut plurimum nausæ & vomitu; *elodes*, in quibus corpus continuis madet sudoribus; *syncopales*, à frequentibus animi deliquiis su-

D

C

per-

pervenientibus nomen sortientes; *deliras*, à delirio concomitante sic dictas; *epialas*, cum per totum corpus & calor & frigus simul sentiuntur, *leipyrias* ubi externa frigent, interna vero uruntur; *vomitorias*, *cacatorias*, *ureticas* sive *miçturientes*, *sputatorias*, quando ægri multum per vomitum, per sedes, per urinam vel per sputationes frequentes excernunt. Omnes autem hæ sunt differentie à symptomatibus desumptæ, & ad unicam *ardentium* speciem magnam partem facile referri possunt. Quæ de *putridis* & *non putridis* febribus sive *synochis* proferuntur, sunt vana, nam *omnis febris est putrida*, quatenus putredo corporum consistit in particularum, certo ordine digestarum, intimâ dif-

dissolutione & secessione quæ certè etiam locum obtinet in febribus, turbationem mixturæ agnoscentibus.

§. 20. Præter *algidas* ubi frigus adest valdè molestum, frequenter levis, rarius nullus subsequitur calor, & *famelicas* à fame inexplebili etiam tempore paroxysmi denominatas, alias porro recensent *Febres*, quæ non, ut hæctenus enarratæ, à symptomatibus quæ producunt, sed à morbis quos insequuntur, nomen sortiuntur; & tales sunt *cardiacæ*, *torminales*, *colicæ*, *asthmaticæ*, *arthriticæ*, *odontalgicæ*, *diarrhoicæ*, ubi Cardialgiæ, Torminibus, Colicis doloribus, Asthmaticis, Arthritidi, Odontalgicæ, Diarrhœæ succedunt. Simili ratione addi *febres*, quæ Pleuriti-

C 2 dem,

dem, Peripneumoniam, Anginam, Phrenitidem, Phthisin, Empyema, Dysenteriam, aliasve vel inflammationes, vel exulcerationes comitantur & *pleuritica, peripneumoniaca, anginica, phrenitica, dysenterica, &c.* vocari possunt.

§. 21. Majoris momenti putamus *febrim* distinctionem, quã distinguuntur in *lentas* & *acutas*: *lentas* vocamus quæ tardo admodum tenore procedunt, & intra *quadragesimum* diem vix terminantur, quibusque ægri ita assuefiunt, ut mordicus negent se *febri* laborare, nisi dum exacerbationes patiuntur, quamvis interea totum depascat corpus, & nil nisi ossa recta membranis relinquat; tales autem videas in Phthisicis, Empyicis, Dysentericis, aliisque
qui

qui hanc illamve exulcerationem in suo corpore fovent; nec non in Lethargicis, Hydropticis, &c. qui intemperie crassâ, viscosâ laborant. *Acutas* dicimus, quæ non tantum *brevissimo* temporis spatio suam absolvunt periodum, sed maximè urgentia etiam habent adjuncta symptomata; hæ autem terminari solent intra *tertium quartumve*, aut *septimum* & raro ad *quartum decimum* protrahuntur diem. In hisce crises expectabant, & vix quicquam tentabant anti-qui, medicamentis satis generosis carentes; nos vero divini Senis (A. 6. S. 1. *ad extremos morbos, extrema remedia exquisitè optima*) benè perpendiculariter verba, medicamenta Galenica non sufficere viden-

tes, interimque hermeticis utentes, crisi- bus & præsertim in locis hisce Septentrionalibus minimè sumus addicti, nec æ- grum soli morbo committimus.

§. 22. De *malignis* & *beni- gnis* breviter dicimus *illas* non esse (uti vulgus medicorum vo- lunt) quæ vulgaribus & tritis non cedunt remediis, quippe utramque simplicibus ejusdem- que generis medicamentis cu- rari posse modo doses debite moderentur experientia suffra- gatur: sed in quibus talis facta est humorum, massam sangui- neam constituentium, præcipi- ratio, ut restitutionis spes aut omnis, aut ferè omnis, sit subla- ta, & spiritibus vitalibus jam per auras dissipatis, nil nisi vappa, vel caput mortuum supersit, *mali- gnas*; in quibus autem levis facta est

est particularum sanguinem & humores componentium præci- pitatio, *benignas* nuncupamus.

§. 23. Distinguuntur præte- reà *febres* in *endemias* & *epide- mias*: *endemias* sunt, quæ re- gionibus quibusdam ita sunt af- fixæ, ut advenæ iis non labo- rantes albo corvo simillimi sint habendi: has reperias in *Zelan- dia*, quæ Hollandos ferè quos- vis eò adventantes, vel etiam Zelandos, si modo per menses aliquot Hollandorum fructi sunt aère, (ratio facilis erit ex ante cedentibus) domum tendentes invadunt: similis farinæ *Febres* reperias apud *Forestum*, *Schen- ckium*, *Bartholinum*, &c. *Epi- demias* sunt, quæ inordinato tempore nunc in unâ nunc in pluribus regionibus multos si- mul infestant: tales *febres* ali-

quando in nostris terris divagatas esse annus hujus sæculi sexagesimus nonus testis est; prætermitto Pestes, Dysenterias, Variolas, quas sine febre nemo vidit; quæ an possint esse *non-epidemiæ*, multum inter se se discrepant auctores.

§. 24. In *castransibus*, vulgò sic dictis, facile aliquid notamus, quod in aliis frustra quæsieris, non tamen inde statim aliæ denominationes sunt desumendæ; vix enim *Febris* existit epidemia, quin peculiariter eam commitentur symptomata, & si pro ratione hujus vel illius symptomatis concomitantis nomina semper essent mutanda, jam infinitæ *februm* species (quarum sat magnus in auctoribus exstat catalogus) cognitis essent addendæ.

§. 25. Ad

§. 25. Ad maximè celebrem pergo divisionem, quæ dividuntur in *intermittentes* & *continuas*. *Intermittentes* dicuntur; quibus finitis tursus alii, certo aut incerto tempore redeunt, respondent paroxysmi, quales sunt *quotidianæ*, tum *simplices*, cum singulis diebus unico; tum *duplices*, cum binis paroxysmis æger quotidie decumbit: *tertianæ*, quæ & *simplices* sunt & *duplices*: *simplices* sunt, cum tertio quoque die, ab invasionis die numerando, redit paroxysmus: *duplices* cum duabus febribus sibi minimè respondentibus, sed alteri alteri respondententi idem torquetur æger, V. G. quando cum primi diei paroxysmo, secundi diei minimè, sed tertii, & cum secundi non tertii, sed

C 5 quar-

quarti, & cum tertii, quinti,
& cum quarti diei paroxyfmo
sextidiei (& sic porro) paro-
xyfmus concordat. *Quartanae*
vel *simplices*, quando quartis
omnibus diebus unico laborat
æger paroxyfmo; vel *duplices*,
quando duobus insequentibus
duplici, V. G. cum primi diei
paroxyfmus cum quarto, &
hic cum feptimo, fecondi cum
quinto, & hic cum octavo con-
veniunt, tertio, fepto, nono,
duodecimo, &c. diebus vacuis
manentibus. Vel *triplices*, cum
fingulis diebus novus invadit
paroxyfmus, & primus quarto,
& hic feptimo, fecondus quin-
to, & hic octavo, tertius fe-
to, & hic nono, &c. respon-
dent. Hisce *febris* adde *va-*
gas, five *erraticas* vulgo di-
ctas, in quibus nullus ordo tam

re-

refpectu temporis, quam ma-
gnitudinis notari potest. De
quintanis, *feptanis*, *feptanis*,
&c. tam *simplicibus* quam *com-*
positis, ne *zè* quidem proferi-
mus, credi enim vix potest, ab
unicâ vel duplici, triplicive *fe-*
bre illum observari poffe cir-
cuitum; nec tam pertinax vi-
detur in nostro corpore reperi-
rimateria, quæ post tantum
temporis intervallum ad nota-
bilem fermentationem perdu-
catur.

§. 26. *Continuas* vocamus;
quibus finitis, nulli alii, certo
aut incerto tempore redeun-
tes, fuccedunt paroxyfmi: uti
funt *ephemera*, quum fanguinis
mixture non multum à natura-
li ftatu recedit, & intra uni-
cum diem in priftinum refti-
tuitor, nullâ aliâ intra multos

C 6

dies

dies subsequente mixturæ tur-
batione: *Synochæ* sive *continen-*
tes, in quibus aded depravata
est sanguinis mixtura, ut quar-
to, quinto, & aliquando sexto
die indigeat ad sui emendatio-
nem; hæ si eodem tenore,
nullâ vel in decrescendo vel in
accrescendo sensibili superve-
niente mutatione, *acma-*
sticæ sive *homotonæ*, si autem con-
tinuò decrescendo, *paracma-*
sticæ, perpetim verò accrescen-
do suam absolvunt periodum,
epacma-
sticæ nuncupantur: *ar-*
dentés, in quibus maximus adest
æstus, ægrorum lingua præ ari-
ditate finditur, & maximè ur-
gèntia præterea adsunt sympto-
mata: *hæcticæ*, quæ & *habitu-*
ta dici possunt, quæ ægros con-
tinuò torquent, & tertiâ quar-
tave post partum horâ, ut & sub
lecti

lecti ingressum suas habent lenes
exacerbationes. His annuera
quotidianas continuas, in qui-
bus quotidie novus paroxys-
mus, altero nondum finito, æ-
grum aggreditur: *tertianas con-*
tinuas, quando eodem modo
tertio die exacerbatio superac-
cedit: & *hæmitriticæ* sive *se-*
mitertianas, quæ duplices sunt,
vel quatenus tertianis continuis
quotidianæ adjunguntur inter-
mittentes, vel quatenus quoti-
dianæ continuæ commiscuntur
cum tertianis intermittentibus.
Quartanas, *quintanas*, &c.
continuas his adderemus; si
materia massam sanguineam
per triduum mixturâ suâ pri-
vans, & quarto, &c. die de
novo sanguinem perturbans
in rerum naturâ dari pos-
set.

§. 27. Non dividimus cum Galenicis (uti §. 19. demonstratum) in *putridas* & *non putridas* : sed illam distinctionem tanquam inutilem , & meræ ignorantix testem rejicimus ; *Febres* enim nullas , ratione suæ causæ continentis , patiuntur distinctiones , & in omni *Febri* mixturam sanguinis turbatam i. e. putredinem esse asserimus : omnes ergo *putridæ* , quanquam in hac major , in illà verò minor putredo sive mixturæ turbatio notetur : nec distinguimus ratione subjecti , & *ephemeram* in spiritibus , alias , ipsis *putridas* dictas , in humoribus , *hecticas* in corde consistere negamus ; sanguinis enim circulatio cum admodum cita est , uno ferè momento & spiritus , & humores

res & partes solidæ laborant.

§. 28. Sed undenam quæsdò tanta in *febris* varietas , ut has *continuas* , illis vero *intermittentes* observemus ? nullà alià *intermittentes* fieri , ratione considero , quam quod hic illic in parte aliquâ solidâ lateat fermentum quoddam , quod tempore indigeat , antequam in tantum eleverit ut suos perfringat carceres , humoribus admisceatur circulantibus , & mediantibus his ad sanguinem deferatur , ejusque poros , vi materiæ quæ per suos fluit , immutet , adeoque particularum ordinem turbet : illud fermentum si quotidie modo sibi semper simili vel eadem horâ , vel anticipando , vel prolongando sanguini admisceatur , & intermedio tempore per horas aliquot immotum

ja-

jaceat , & sanguis inde nullas
subeat mutationes , *quotidia-*
nam intermittentem ; si eâdem
ratione tertio quoque die *ter-*
tianam ; si verò fermentum il-
lud participet de naturâ austeri-
tatis , quarto demum die sangui-
nem aggredietur , & *febrim*
quartanam producet . Quando
autem duo latitant fermenta ,
quæ singulis diebus massam san-
guineam suâ mixturâ privant ,
quotidianâ duplicem ; si verò al-
ternis diebus & quasi per vices
hoc fermentum primo , tertio ,
quinto , septimo , illud autem
secundo , quarto , sexto , octa-
vo , &c. diebus , vel etiam ambo
eodem die , sanguinis mixturam
tollant , altero die vacuo reli-
cto , *tertianam duplicem* con-
stituunt : quando autem ex duo-
bus alterum primo , quarto , se-
pti-

ptimo , decimo , alterum secun-
do , quinto , octavo , undecimo
(tertio , sexto , nono , duode-
cimo omni feбри liberis existen-
tibus) diebus mixturam sangui-
nis turbent , *quartanum dupli-*
cem producent . Cum verò ca-
sus est ut tria adsint , & omnia
quotidiè unico die , *quotidianâ*
triplici , vel tertio unico tamen ,
vel secundo , quarto , &c. die
duo , & tertio , quintoque uni-
cum *tertianâ triplici* ; si verò
ex his tribus unicum primo ,
quarto , septimo , decimo , alte-
rum secundo , quinto , octavo ,
undecimo , tertium tertio , sex-
to , nono , duodecimo diebus
invadat ægrum , illum *quartanâ*
triplici torquet .

§. 29. Non rarò videmus
has periodos adeò exactè obser-
vari , ut cum probatissimis horo-
lo-

logiis *duo*, *tertio* facile dimicent, quænam autem hujus rei existit causa? *febris* intermittentibus, & præcipuè quartanâ, laborantes similem cum seruent diætam, & assumptis similibus sanguis eodem modo afficiatur, necessariò etiam idem inde produceretur effectus, & humor stagnans, qui singulis diebus, vel tertiis, vel quartis certâ quâdam horâ ebullire hætenus consuevit nullâ superveniente mutationis causâ etiam eîdem certâ horâ in actum deducetur, & *febrim* vel *quotidianam*, *tertianam*, *quartanam* aliasve intermittentium species creando, exactissimum horologium in monstratione horæ superabit.

§. 30. Ne autem hæc gratis asseruisse videar, en hoc aut illud vel alimentum, vel medicamentum

tum, aliave similia incerto tempore assumpta, incerto etiam tempore massam sanguineam ita efficientia, ut *inordinatâ* sive *erraticâ febre* torqueatur æger: accedit experientia pro me militans; quotidianarios enim, tertianarios, quartanarios, aliosve hac aut illa intermittentium specie decumbentes paroxysmo aut anticipante, si videlicet genio minus suo indulserint, aut postponente, si abstemii fuerint, & alimenta parcius ingererint, laborantes videas.

§. 31. Ad *continuarum* pergitur causas, & primo intuitu quis non, a nescio quo in diætâ vitio commisso, in massam sanguineam quandam introduci posse videt mutationem, quæ tamen cum fomitem non habet continuò eandem
mas-

massam turbantem, à sanguinis fermentationibus intra viginti & quatuor horas tollatur, *febremque ephemeram* sive *diariam* constituat? si verò in hac aut illà parte solidà lateat febrilis quidam focus, cujus claustra sint effracta, aptus natus est ad sanguinem continuò mixturà suà privandum, quique, si tam copioso gaudet fermento, ut per triduum massam sanguineam turbare valeat, nullà notabili vel exacerbatione vel remissione superveniente, propterea quòd jugiter de fomite febrili tantum sanguini admisceatur, quantum vel corrigitur, vel per auras dissipatur, *synocham acmasticam* sive *homotonam*: cum verò materia fomitis ejusdem adeò crassa est, ut maximè volatiles jam sanguini admixtas, paucè admodum

dum aliæ insequantur particulæ, *paracmasticam*: si autem majori continuo vi urgeat in ergastuli sui latera, eaque vehementiori impetu diffingat, sanguinique admisceatur, *epacmasticam* sive *ingravescentem*: usque & usque *Febrem* producer. *Epidemicæ* autem ab aère inquinato, singulis inspirationibus ad massam sanguineam delato, cumque mixturà suà privante; *ardentes* autem ab innumeris erysipelatis, totidem inflammationum initiis, ortum suum trahunt.

§. 32. *Hæcticas* in quibus invenias, & quænam earum existat causa, ne actum agamus ex *thesi XI.* ut & *XXI.* satis liquet: addendum, quòd admodum lentæ sint, ob puris materiam non multum à chylosâ, quâ continuò

nuò sanguis pro alimento indiget, discrepantem. Quando autem fomitis cujusdam ebullitio mixturam sanguineam potest perturbare, antequam ultimus ægrum deseruit paroxysmus, quæ aliàs fuisset *intermittens*, nunc *continua* fit *febris*, & prout fomes vel quotidie, vel tertio die id agat, orietur vel *quotidiana*, vel *tertiana intermittens*. Cui verò duo adsint fermenta, quorum unum quotidie, alterum tertio die, singulorum observatâ satis accuratè periodo, ægrum arripiant, *hemitritæam* sive *semitertianam* constituunt.

§. 33. De *peste* ejusque causâ nil dicere animus est, non, quia cum auctoribus eam toto cælo à *febris* differre putamus, sed quia materia est, quæ per

per se integrum tractatum meretur, & nullam nisi admodum exiguam. quatenus scilicet gaudet aëre pro efficaci & continuo fautore. & paucis quibusdam solummodo symptomatibus ejus ab *ardentibus* & *malignis* agnosco discrepantiam. De intemperie hac aut illâ etiam hætenus ne verbum; licet ea omnia quæ *februm* tam intermittentium, quam continuarum naturam spectant, explicuerim: concludo ergò *febrim esse posse sine intemperie, & intemperiem sine febre.*

§. 34. Expositis hætenus differentiis earumque causis, *phenomenorum* explanationem ut aggrediamur, ordo postulat: tantam autem apud auctores eorum videas confusionem, ut eorum chaos representare, omnem-

mnemque tyronibus addiscendi copiam præcidere videantur; hoc opus ergò hic labor est, ut ea certo quodam ordine proponamus, quo memoriæ promptius inhæreant, conjungendo videlicet quæ uni eidemque causæ, in diversis licet partibus, ortum suum debent: alterum est quod moneam, omnia, quæ explicare decrevi, in uno eodemque minimè concurrere phænomena, verum hæc in hoc illa verò in illo ægro conspici.

§. 35. *Primo* omnium nobis sese offert *pulsus*, in intermittentium paroxyismi limine ordinario *debilis*; à fermento videlicet peregrino sæpius memorato massæ sanguineæ admixto, & mixturam ejus turbante, unde libera ipsi minimè in corde con-

ce-

ceditur ebullitio, & minus accurata spirituum in cerebri ventriculis separatio, quæ *totius corporis refrigerationis*, accidentibus levibus membranarum partium convulsionibus, *rigoris*, & in partibus aëri libero magis expositis, & à corde nonnihil remotioribus (ut *labiis & unguibus*) *livoris* existit causa: hi spiritus etiam dum sese admodum difficulter extricare possunt ex massa jam turbatâ, eorum jam collecta copia vi quâdam in brachia, *pandiculationes*; & in genas sese expandens, *oscitationes* producit: fermentationibus verò paulatim invalescentibus à materiâ consueta copiosiore existente, fermentum illud, quod hæctenus sanguinis motum retardabat, eundem nunc augere cogitur (non secus

D

ac

ac ligna viridia in ignem conje-
cta in initio ejus vim fuflami-
nant, ut majori deinde cum vi-
gore eandem refuscitent) &
pulfum vehementem, fanguine
quoque existente fatis volatili,
celerem vel volatili & aquofo fi-
mul, *frequentem*, vel per omnes
partes non æqualiter turbato,
in hac videlicet guttâ magis, illa
vero minus, refpectu vel *vehe-*
mentia, vel *celeritatis*, vel *fre-*
quentia, *inæqualem*, tanta verò
turbatione existente, ut hæc
gutta multum, illa verò admo-
dum parum vel nihil ebulliat,
intermittentem tunc palpari
contingit: quando autem fer-
mentationes fanguinis contagio
illi peregrino nimis aufcultant,
fufficiensque fpirituum anima-
lium in cerebro non fecernitur
copia, fanguinis motus neceffä-
riò

riò minuitur, & hinc *pulfus* in
ipfo paroxyfmi vigore *debilis*,
Lipotbymia, majorque ejus
gradus *Syncope*, præ foribus
ad eft.

§ 36. Taato in fanguine
præfente impetu, & velociori
humorum circulantium motu,
quam ut illi eodem per vafa lym-
phatica revehi poffint in toto
corpore, *fudores*; in canthis
verò oculorum, *lachrymæ in-*
voluntaria prorumpunt; humi-
dis particulis glabritiem intefli-
norum parientibus, ut & aliis
quamplurimis per auras diffipa-
tis, fœcum defcensus impedi-
tur, *alvusque* oritur *adftriéta*:
particulis craffioribus per poros
arteriarum in oculorum humo-
res depulfis, pro eorundem va-
ria figurâ, nunc *muscæ*, nunc
tele araneorum, &c. ægrorum
D 2 men-

menti exhibentur , humidis a-
volantibus à reliquâ massâ cras-
siori faciliè glandularum saliva-
lium oboriuntur obstructions ,
& ægri *inextinctâ* , licet gelidæ
urnam hauriant , siti torquen-
tur : si autem salinæ quædam in
poros membranarum cerebri se-
se insinuent , eos in totum clau-
dendo , *dolores capitis pun-
gentes* , qui externo non *exacerban-
tur contactu* . & si proximè ad-
jacent arteriis , *pulsantes* , vel
eosdem poros minus exactè
obstruendo , si spatiola quædam
soli materiæ ætheræ pervia ibi
relinquant , *phrenitides* , (& à
nimio spirituum motu , *vigilias* ,
vel propter horum illorumve
vestigiorum cerebro impresso-
rum incertam apertionem , *de-
liria*) quod si contingat gulæ ,
anginas , vel pleuræ , *pleuriti-
des* ,

des , vel pulmonibus , *peripneu-
monias* , vel in linguâ leves exul-
cerationes , quæ *aphtarum* di-
versarum nomine veniunt , oriri
videas . Cum vero illa obstructio
ita pertinax non est , admodum
tamē molesta , *æstus* sive calores
ardentes adsunt : quos dū præve-
nire cupiunt ægri , nudo sese aëri
nunc hoc , nunc illo , modo expo-
nentes , refrigerii ergo , *variæ
corporis jastrationes* producun-
tur ; & quod consuetis *respiratio-
nibus* non sentiunt levamen , à
crebris , profundioribus aliquan-
do additis , *suspiriis* dictis , om-
ne expectant . Materia hæc sa-
lina ad ventriculum delata , ibi-
que acidum , cum quo conti-
num certamen ineat , non in-
veniens , ejus *fermentationem
abolitam* , & cibi fastidium , præ-
cipuè *panis & carnis* , alimen-

suum stuporis, somnolentia, & Lipothymia, legitimumque ad ventriculum fermentum non amandans, *appetitus prostrati*, multas verò crassas particulas eò deturbans, illumque gravans, *cinguli circa præcordia*, linguam & saporis dictas partes obfidens, quod omnia *insipida* videantur, existit causa: in habitu verò corporis obstructio- nem producens, & circulatio- nem humoribus præcidens, *sudoribus*, sed *frigidis*, continuo corpus madere necessum est.

§. 38. Superfunt *ructus*, *urinae*, *diarrhææ*, *dysuriæ*: *ructus* sunt vapores quidam per ventriculi obstructos poros transire nescii, sed superius per os cum strepitu quodam excreti: hos ructus, prout hæc vel illa peccat in sanguine intemperies,

va-

varios facilè observes, jam *insipidos*, ubi pituitosa, jam *amaricantes*, ubi biliosa, jam *acidos*, *scindentes*, & *dentibus* quasi *stuporem* inducentes, ubi intemperies acida, jam *nidosos*, *ovafrixa redolentes*, *exco- riationemque gulæ* facientes; ubi acredo, de naturâ corro- sionis quodammodò partici- pans, in sanguine abundat. Cum verò obstructio illa intestino- rum obsedit poros, ad illos continuo allidentes vapores, alias transituri, cum sonitu quodam, *rugituum* sive *mur- murum* nomine veniunt. *Uri- nas* modò *sanorum* apprimè *similes*, dum fermentum san- guinem jamjam perturbaturum insidias parit, ut hostem suum improvise aggrediatur; mo- dò à *sanorum* maximè dif-

D 5

cre9

pantes videas , & tenues , nullo sedimento adjuncto , propter tubulorum ab extimâ renum superficie in pelvim tendentium , urinæ fecernendæ sacrorum , obstructionem : pallidas , à multis particulis pituitosis , pallorem præ se ferentibus , admixtis ; multo sedimento pituitoso , propter tubulorum renalium convenientem apertionem ; vel bullis , à materiâ viscidâ multas particulas aëreas , omni vi sese extricare nescias , continente , scatentes : sic & flavas , & in gradu majore flameas , maximò nigras , prout particulæ salinæ vel naturali modo , vel majori copiâ , vel maximè subtilizatæ & maximâ quantitate urinis sunt admixtæ.

§. 39. *Diarrhœæ*, quas in
Fe-

Febribus nonnunquam observamus , aliæ sunt symptomaticæ , aliæ critica : Symptomaticas à nimiâ humorum sanguinem componentium præcipitatione , criticas ab invalescentibus fermentationibus oriundas volumus : has autem ab illis facilè distinguas dum virium continua diminutio illas comitetur , has verò quoties ægri patiuntur , inde sese levare omnes uno ore profitentur. Dysuria sive redditiones urinæ cum dolore à sale cum reliquis humoribus præcipitationem ineunte , vesicam vellicante , ejusque fibrarum ruptionem minante , procedunt.

§. 40. Nunc porrò *Prognosis* inferenda.

1. Malum cum est *epidemiû* curatu valdè difficile est , quantum enim medicamenta hæte-

nus exhibita profecerunt, tantundem ferè singulis inspirationibus ab aëre inquinato massæ sanguineæ noxæ infertur.

2. *Febribus intermittibus* multo minori periculo decumbunt ægri, quam iis, quæ nullam patiuntur intermissionem, exceptâ solâ *Ephemerâ*, quæ quia intra viginti quatuor horas ex naturâ suâ terminatur, omnino periculi expers esse consuevit; ratio est, quod facilius & medicamenta, pro refocillando à præteritis *Febribus* afflicto corpore, exhibeas.

3. Hinc deducas *paracasticas*, *epacasticis* vel *homotonis* multo faciliores & ægris & medicis sese exhibere.

4. *Equaliter intermittentes febres* cæteris paribus curatu esse faciliores, *inaequaliter*
in

intermittentibus affirmamus, tempore quia magis opportuno *illas*, quam *has*, aggredi licet.

5. Sic & quæstio est: utrum *anticipantes*, an vero *postponentes* ægris salutare magis. Si in tantum postponerent, ut nullam sui recidivam relinquunt, omnino præstarent; hoc autem cum non contingit, sed pertinaciam foci febrilis majorem notant (quamvis longiori à febre tempore liberi sint *postponentibus* laborantes) curationem medico difficiliorem præbent, ægrosque pluribus paroxysmis invisunt.

6. Videamus jam Aphorismos aliquot *febres* generatim spectantes; & ecce sese offert S. II. A. 28. *febricitantium non omnino leviter permanere & nihil remittere corpus, aut*

etiam magis quam pro ratione
colligefieri, malum est: auctor
addit rationem, illud enim mor-
bi longitudinem indicat, hoc
verò infirmitatem. S. IV. A. 50.
ubi in febre non intermittente
difficultas spirandi & delirium
fit, lethale; vox plerumque
huic aphorismo si addatur, mul-
tas evitaveris exceptiones: ma-
xima enim sunt symptomata
& non oriunda, nisi vel ex de-
fectu spirituum, vel vi acutissi-
mi morbi, quæ si locum habeant
in febre non-intermittente, peric-
ulum majus pronunciant. A.
67. in febris ex somnis pavo-
res aut convulsiones malum,
quod si lethale dixisset Hippo-
crates, non multum à vero
ablusisset, maximi enim hi mor-
bi vix nisi animam agentes dum-
arripiunt, certæ mortis instan-

tis

tis indicia sunt: ejusdem fermè
farinæ videas S. ejusd. A. 34. si
à febre detento, tumore in fau-
cibus non existente, suffocatio
ex improvise superveniat, lethale;
improprie scilicet suffocatio
hic accipitur, pro impotentia
respirandi à defectu spirituum.
A. 35. ubi collum repente in-
versum & omnem cibo trans-
itum negans convulsio, tanquam
morbus maximus, maximo su-
pervenienti, lethalis dicitur. Sic
& S. VII. A. 73. In febre non in-
termittente si labium, aut nasus,
aut oculus, aut supercilium dis-
torqueatur, totidem convul-
sionibus supervenientibus, si
non videat, si non audiat, à spi-
rituum tanto defectu, ut apertis
tenendis nervis & visui & audi-
tui sacris, licet admodum exili-
bus, non sufficiant, jam debitis
exi-

existens, fractis à morbo viribus; *quicquid horum fiat lethale*. Huc refer S. citat. IV. A. 52. posteriorem partem; *quicunque in febribus non ex proposito* i. e. ob causam manifestam *lachrymantur inconveniens*, & sub iisdem verbis S. VIII. A. 2. à *virium* videlicet diffidentia, quæ in omnibus morbis cane pejus & angue vitanda: & eandem ob causam S. VI. A. 54. *In acutioribus affectionibus, quæ cum febre sunt, luctuosa respirationes male*.

7. Hactenus recitati Aphorismi febres spectant *morbosas*; sequuntur aliqui, ubi symptomatica *febris* morbum jam præsentem tollit; sed quâ ratione morbus morbo superveniens bono est? nullam huius rei agnos-

agnosco causam, nisi incisio-
nem, attenuationem materiae
crassæ morbum prægressum con-
stituentis: videamus S. II. A.
26. IV. 57. V. 5. VI. 44. ubi
convulsioni supervenit; confer
S. VI. A. 40: *quibus ad hypo-
chondrium dolores fiunt, abs-
que inflammatione* (bene addit
absque inflammatione; morbus
enim hic admodum periculosus)
*his febris superveniens tollit do-
lorem*. Adde S. ejusd. A. 51.
ubi *apoplexiæ*. A. 52. ubi *hepatis
circum circa dolenti*, vel à fla-
tibus distendentibus, vel à ma-
teria crassâ illic obstructionem
pariente, *succedit*. Sed cum
febrim multos morbos tollere
videmus, quid dicemus de *fa-
ctiâ*, tanquam incidente &
consumente materiam crassam
peccantem, quam multi produ-
cen-

cendam crepant? temerariam, effectui suo minimè appropriatam esse, & medicum Christianum nullo modo decere, nullus non videt; præterquam enim, quod medicamenta *febrim* producentia aut reverà non dentur, aut quæ dari possent, forsan *febrim* & mortem simul eadem horâ inducerent.

8. De *ephemerâ* diximus quod omnis omnino periculi expers existat.

9. *Acutis* non sine mortis periculo decumbunt ægri, præterquam enim quod *acutorum morborum non tutæ sint prædictiones neque mortis, neque sanitatis*, secundum S. II. A. 19. si iis superveniant *sudores frigidi*, S. IV. A. 37. *convulsiones*, S. ejusd. A. 66. si autem adsint *linguæ nigræ*, S. VIII. A. 10.
de

dejectiones nigræ, ut sanguis niger, S. IV. 21. ardoris inextincti indicia *lethales* pronunciat.

10. *Hæctica* fatis periculosa, quia notabilis exulcerationis, intemperici salinæ corrosivæ conjunctæ, est comes, præcipuè tamen cum transpiratio ad tactum acris, lubrica alvus, capillorum barbæ defluvium, oculique concavi adsint.

11. *Tertiana* si exquisita i. e. nulla eam comitetur intemperies, non admodum longæva esse solet, cave tamen ex vi S. IV. A. 59. in nostris frigidis regionibus *in septem ad summum circuitibus* terminandam judices: *omnis* potius, ad mortem videlicet, *periculi expertem* pronuncia secundum S. IV. A. 43. & S. VII. A. 62. Si autem illa

illa non intermittat, & periodum suam interim satis accurate observet, præter hos ultimos binos aphorismos, & ratio & experientia satis periculofam esse dicat: Ubi vero lentor dentes occupat, *vehementiores*, sine magnâ enim vi hæc fieri nequeunt, cum Hippocratis S. IV. A. 53. ut & *longiores*, quatenus eam comitatur intemperies viscosa, quæ, sublatâ febrî, magnas aliquando medico necit moras.

12. De *quartanâ* non quidem solet (juxta proverbium) sonare campana, ob materiæ tamen crassitiem & pertinaciam non rarò ad annos aliquot protrahitur, & vel *Melancholiam*, vel *Hydropem*, vel *Scorbutum*, vel *Tabem notham* producendo vitæ filum nonnunquam abrum-

pit,

pit, quæ tamen materia cum per corporis spiracula tempore æstivo multum aperta aliquando excutitur, hinc causam pete ex A. 25. S. 11. *æstivâ quartanâ plerumque sunt breves, autumnales longæ, maximæ verò quæ ad hyemem pertingunt. Quartanæ secundæ, tertiæve fomes uti facile primæ succedit, sic etiam propter minorem pertinaciam uterque facilius tollitur: idem sentias de tertianâ duplici, triplicive:*

§. 41. Res jam eò deducta est, ut sola reslet *curatio*; illa autem, quia *febris* in mixturæ sanguinæ turbatione consilist; in eo tota versabitur, ut mixturæ illius turbatæ fiat restitutio, & jamjam turbatæ præcautio i. e. *febrîum* curandarum generalis, præcipuarumque spe-

cic-

tierum particularis tradatur methodus : medicamenta autem hisce petitionibus satisfaciencia nulla haectenus orbi literato innotuere alia, praeter diaphoretica, quaer poris dum constantibus admodum, immo prope modum immutabilibus praedita nullam nisi admodum constantem, & ferme invincibilem admittunt materiam, facile vitricem, nisi massam sanguineam immanis occupet praecipitatio, majoremque continuo suppeditet jugis inspiratio, ut omnis restitutionis spes decollet. Talia autem sunt *Aq. Menth. Mellif. Foenicul. Card. Cinnam. Vit. Matth. Carmin. Dom. Sylv. Theriacal. simpl. & composit. Theriac. Mithrid. Diascord. Confect. alkerim. & de hyacinth. Rob Sambuc. Salia*
tum

tum *alkalia* tum *essentia* *Ab-sinth. Card. bened. Scord. Rut. vel mixtum*, tum *volatilia* ut *Cornu cervi, Ungul. alc. Succin. sanguin human. urin. &*, quod admodum potens est, *viperarum. Porro Antimon. diaphoret. Margarit. Ocul. cancr. Croc. Bezoard. Mineral. Solar. Lunar. Jovial Spiritus Sal. Armoniac. Sulphur. Nitr. Sals* tum *acidi*, tum *dulces* redditi : *Syrup. Menth. Card. Bened. &c.* ex quibus medicus pro aegri lubitu (ad quem sese accommodet, necessum est, *mixturas, haustus, bolos & pulveres* facile concinnare poterit.

§. 42. Circa autem sudoriferi exhibitionem norandum primo omne tempus ad eam non esse aequae accommodatum, sed propinantur Diaphoretica con-
ve-

venienter horâ unâ vel alterâ
(prout æger aut facilè aut diffi-
culter admodum ad sudores
perducatur) ante paroxysmum,
ut fermentum illud peregrinum
eo, quo sese omnium apertissi-
mè medicamenti viribus expo-
nit, tempore, totum ex suo lati-
bulo excutiat, plenis medica-
menti viribus tunc existentibus,
omnisque recidivæ metus tolla-
tur: non tamen illud tempus ita
accuratè observes, ut delete-
rium putes aliâ si exhibeas horâ:
in *febris* enim continuis &
nullas ægro permittentibus in-
ducias ne hilum ageret medicus
ad *febrim* curandam perquam
necessarium, si de hoste nun-
quam, nisi ante paroxysmum
aggrediendo, cogitaret: ad id
ergò eo in casu attendet, ut,
quod *haustus, boli, pulveres,*
uno

uno impetu omnibus suis nervis
simul intentis negant, *mixturis,*
usque & usque hostè invadenti-
bus, ex medicamentis *thes. præ-*
cedenti recensitis, aut similibus
conflatis, pedetentim compen-
set: *alterum* quod moneam est,
diaphoreticè vacuò, solidis tum
cibus, tum aliis medicamentis
ventriculo existente, propinan-
dum, ne iis impactum, ad sangui-
nem, aut non, aut serò, deferatur,
vel ab aliis medicamentis ita al-
teretur, viresque ejus ita infrin-
gantur, ut altero tanto opus sit,
antequàm expectatè sortiamur ef-
fectum, eoque momento & æger
& medicus omni ope excidat:
tertio, sanguis dū intemperie la-
borat pituitosa, ab eodem sudò-
rifero etiam esse abstinendum,
omne enim diaphoreticum & in
ventriculo, & in ipso sangui-

ne pituita ita intricatur, ut omnibus viribus destitutum nullâ ad *febris* sublationem efficaciam gaudeat; adde quod pituita, motu sanguinis & humorum à sudorifero excitato, dissoluta, & ad habitum corporis propulsa majorem malorum vim producat. *Quarto* denique animadvertendum, diaphoretica, *febre* jam superata, simul & semel omnia ex usu non esse eliminanda, præcipuè tamen in quartanâ, tanquam omnium curatu difficillimâ; verum dosin ejus alteram atque alteram portio exhibendam, ut sanguinis mixtura reddatur constantior, hostisque ad internecionem deleatur.

§. 43. Præter hæc diaphoretica, aliud medicamenti genus reperias, non quod mixturam
jam

turbatam restituat, sed fomitem ad exeundum paratum, & ad maturitatē perductum, omnem vel saltem maximâ ex parte, ex suo latibulo, circa ventriculum forsan existente excutiat, vomitoria dicta, quæ concussione totius corporis omnes suas exerunt vires: diaphoretica autem, quia ab iis tantopere non affligitur, & non raro animam prius quam febrem evomit æger, præmissis præmittendis præstare censeo; præsertim junior si sit medicus à vomitoriis abstinebit, quem præter curam & de sua famâ scrupulosè cogitare oportet.

§. 44. Ad principales *Febrium* descendo differentias; & *ephemeram* verè objectum medici non esse existimo, ille enim, ante paroxysmum, sanus quia existit æger, non accersitur,

& si ipso in paroxysmo advocatur, nisi symptomatibus occurrat, non habet quod agat: illa autem admodum pauca sunt, & quæ adsunt, nullius sunt momenti, si sitim excipias, cujus tamen curam in sequentibus demum, ubi necessaria magis est, trademus. *Synochus* vel *acmastica*, vel *epacmastica*, ut & *ardens*, majorem pariunt molestiam: in iis, cum nimio sanguis peccat impetu, sine morâ administratur *venæsectio* in brachio ad ℥viiij. x. xij. &c. prout vires ægri tulerint (quæ etiam urgente necessitate reiterari potest, nisi aliæ quædam adsint circumstantiæ) ut si ægri ægræve jam per longum tempus ab alio morbo valdè sint afflicti, ægra sit gravida, puërpera, vel etiam sint infantes qui decumbant, quæ

ve.

vetent: in gravidâ verò vel in puërperâ, dum maxima urget necessitas, & è duobus malis minimum est eligendum, etiam *venæsectio*, parciior tamen, administrari poterit.

§. 45. *Purgationi*, quoniam per se non indicatur, non multum insudabimus: à nimio verò ardore dum multæ particulæ flexiles, glabræ, aqueæ dictæ, ut à toto corpore sic & ab intestinis exhalant, *alvus* adest *adstricta*, quæ si non laxetur, quid detrimenti inde œconomia patiatur ex *thes.* xiv. liquet: illa itaque statim solvenda medicamentis laxantibus, qualia sunt: *Manna*, *Cassia*, *Syrup. Rosar. solutiv.* *De cichor. cum Rheo*, *Succ. Rosar.*, *Electuar. chologog.*, *de succ. Rosar.*, *Diacathol.*, *Diaprun. solutiv.*, *cre-*

E 3

mor.

*mor. tartar., tartar. vitriolat.,
Diagrid. Senn. &c. & ex iis vel
haustus, vel boli, vel pulveres
laxantes componi possunt: ca-
sus autem aliquando obtinet, ut
dum hisce nihil proficiamus,
maximè inde ægro redundant
molestiæ, & nullus nisi purga-
tionibus vehementioribus, aut
clysteribus concedatur locus:
purgationes verò, quod sangui-
nis impetus inde nimium augea-
tur, & faciliè has sequatur
Diarrhœa, ægri vires maxi-
mopere deperdens, & fortè
non nisi cum vitâ terminanda,
vitentur: restant ergò soli cly-
steres emollientes, leniterque
alvum subducentes ex *Radici-
bus V. G. Alth. Lilior. alb.
Herb. alth. malv. violar. &c.
flor. nymph. alb. Sem. A. frigid.
major. papav. fanugræc. lin.
hord.**

hord. decoctio fiat in aqua com-
muni, sero lactis, aut in aqua
hordei, in colaturâ dissolvantur
Electuar. diapr. solutiv.
lenitiv. Benect. laxativ. Sal
nitr. lap. prunell. quæ duo, præ-
terquam quod sanguinis impe-
tum valdè restinguant, stimu-
landi vi etiam prædita sunt: *oleo-
sa*, si inflammatio adest, exter-
minentur; illa verò si non adsit,
intestinis ut glabrities concilie-
tur, addantur.

§ 46. *Febrim* ipsam metho-
do generali §. xli. traditâ ag-
gredimur, hac solummodo ad-
hibitâ cautelâ, ne addantur sa-
lia tum alkalia tum essentialia
ibidem recitata, quamvis sub
judice adhuc his sit, utrum illa
omnia in sanguine satis volatilia
sint, nec ne. *Sitis* inexhausta,
de quâ tantopere conqueruntur
E 4 ægri,

ægri , facîle sedatur crebris
collutionibus ex *Aq. fontan.*
Acet. , *vino Rhenan.* , quibus
lap. prunell. , *Spir. Nitr. Sulph.*
per *Camp.* addi possunt : vel
etiam pulvisculis ex *lapid.*
prunell. quibus parum *camphor.*
& *sacch. Saturn.* additur , quæ
& impetum sanguinis valdè in-
fringunt sine metu obstructio-
nis. *Vigiliæ* , si venæsectio-
nibus , ut & iis quæ sitim se-
dant jam recitatis , non tol-
lantur , emulsiones ægris pro-
pinamus ex *hord. amygd. ex-*
cortic. Sem. papav. Aq. hord.
& in colatur. dissolv. *Syr. pa-*
pav. &c. Aliquando tamen ab
hisce expectato nondum frui-
mur eventu ; & eo in casu tem-
pora inungimus *Ol. papaver.*
solan. camphor. vel *Unguent.*
Popul. cui s. q. camphor. &
opii

opii addatur : vel etiam ad in-
terna potentiora pergimus
Req. pueror. Nicol. , *Phil.*
Roman. , *pillul. de cynogloss.* ut
& ipsum *Laudan. Opiat.* in
cujus autem dosi admodum par-
ci fumus , & exhibemus à *gran.*
j. ad iij. iv. ne dum in somnum
labitur æger , vigiliàs simul cum
vitâ finiat , eujus non raræ ex-
stant experientiæ.

§. 47. *Hælicæ* sublationem
si quis desideret , vel *Phthi-*
seos , vel *pulmonum Vomi-*
cæ , vel *Empyematis* , alterius-
ve notabilis partis exulceratio-
nis , adcat curam. *Quotidia-*
nas , *Tertianas* , *Quartanas* ,
tam simplices quam compo-
sitas , facile curabit , qui *Febris*
generalem curandi methodum
callet. *Quartana* autem ; o-
mnes reliquas quia pertinaciã

longè superat , potentissima
requirit remedia. Inter quæ est
cortex China Chinæ.

§. 48. Multi etiam *Febri*
(*tertianâ* præsertim , tanquam
nimis pertinaci) liberati sunt
exhibitione *unius nucis moscha-*
tæ cum ʒʒ. vel ʒj. aluminis : alii
addunt *folia vij.* aut *ix.* (impari
numero, ac si pari esset præstan-
tior) *Salviæ*, & cum *vino ca-*
lido hauriunt. Alii *Radic.*
petrosel. affuso *vini Spirit.* ad
ʒij. ij. iv. circiter. Alii solo
Spirit. vini: alii *Aq. vit. Mat-*
thiol. cum pauxillo *Aq. cin-*
namom. propter saporem, cum
successu utuntur. Hæc sangui-
nis motum dum augment, for-
san etiam integrum fomitem ex
suo latibulo excutiant: & hinc
criterium fermè curationis de-
sumitur, si paroxysmus instans
re-

reliquos priores longè superet,
ægrumque majori cum violentiâ
aggrediatur. Alii ab inter-
nis medicamentis valdè abhor-
rentes, *foliis & caulibus auri-*
culæ muris; alii *foliis bursæ pa-*
storis; alii *urticæ rotundæ*, alii
phu magni contusis cum *sale &*
aceto, manuum carpis, vel
plantis pedum alligatis, sunt
curati. Alii *therebinthinâ* cum
Theriaca & *Semin. Santonic.*;
alii *telas* addunt *araneorum*;
alii *ipsis araneis* cum *therebin-*
thinâ & theriaca; alii *oleo spi-*
cæ cum *croco & foliis rutæ*; a-
lii *fuligine* è *furno*, & *salviâ*
contusa, & cum *albumine*, *ovi*
mixtâ; alii eadem *fuligine* cum
allio, *cæpis* & *ovi albumine* ac
aceto eodem modo utuntur.
Platerus Observ. lib. II. p. m.
289. se feliciter usum testatur

corticibus interioribus nucis arboris in aceto maceratis quas itidem carpis applicuerat. Alii *allium cum croco* mixtum, cum lintheo circa digitum annularem ligarunt: alii *pelliculam ovi interioriorem* circumdant extremo digito annulari aut auriculari, & successum, quoties eâ in parte immanis, & vix ferendus oritur dolor, asseverant. Alii *Febri* liberati sunt à frusto *camphoræ*, cordis regioni appensæ. Alii *Mercurium vivum* in pennâ conclusum anserinâ de collo gestant. Alii *araneam* nuci inclusam, alii *alia* chartulæ inscripta de collo suspendunt. Alii curati, qui exactè numerare sciebant præteritos paroxysmos, dum alter tot fissuras, ut unitate eos superet, incidit bacillo buxæo, aliive: quo factò, si paroxysmus
ali-

aliquis fortè adhuc sequitur, observatur sæpe vehemens, & ultimus esse. Omnia autem hæc remedia, si juvant, aut ratione spiritus cujusdam subtilis, aut certæ cujusdam materiæ æthereæ, horum poros sensim & sine sensu continuò perfluentis, & valdè inimicæ materiæ illi, quæ per fermentum *febrile* fluere consuevit; aut ratione confidentiæ; aut doloris inde oriundi, quando per totum corpus spiritus vi quadam expansi, forsan & fomitem febrilem ex latibulo suo eruunt, omnem sortiuntur effectum.

§. 49. De intemperiei hujus illiusve, *febres* nonnunquam concomitantis, curâ, verba non faciemus; hæc enim aut illa si adsit, morbus statim oritur complicatus: quia autem innumeræ morborum aliorum cum *febre* possunt
dari

dari complicationes, de iis agere non decrevi, nec etiam brevitatis termini propositi, quos jam longè transgressus sum, id permittunt. Sic & nec de *pestis* sublimatione agemus, cū in ipsā theoriā profundū de eā videas silentium.

§. 50. Quantum ad *diatam*.
Aër parum huc facit, nisi malum cum est epidemicum, in quo casu publicus vitetur. *Vitæ febricitantibus omnibus*, præcipuè ardenti, decumbentibus, humidus confert juxta A. 16. Sect. I. in iis enim magna humidum est deperditio; sal fitim, ardores, convulsiones, aliaque mala producens, non ita facillè involvitur: huc refer celebrem illum S. V. A. 64 *lac dare febricitantibus*, ut mox sese explicat *Hippocrat.* eodem *Aphorismo* & in *acutis*, & quibus copiosa sanguinis facta est.


est egestio: à nimio videlicet sanguinis impetu, vel acrimoniā: viscosæ enim lactis particulæ, dum sese in poros insnuant, sali, illas aliās transituro, impedimento sunt, quod dum hæret, ardores, erysipelata, inflammationes producit: & hoc est quod Belgico idiomate dicimus, *de melck is brandigh*. Ipso paroxysmo instante æger abstineat ab alimentis solidis; ne, dum chylus crudior recens admiscetur sanguini, jamjam turbando, turbatio tanto fiat major, & hoc volunt S. I. A. 11. & VII. A. 65. Altera causa petatur ex *thes.* XLII. sub principium. Vitet itidem æger aliis temporibus omnia crassa, viscosa, salsa, sic & pisces marinos, fluviatiles, præsertim ex majoribus fluminibus, uti salmones, &c. vide *th.* XIII. Re.


Recens à *febri* curatus, quantum fieri potest, fugiat majora flumina: de mari nobis non ita constat: iis enim dum incumbit æther, minimè concordans cum aëre illo qui terræ incumbit, facile in sanguinem nondum valdè constantem à nuperrimâ *febri*, novâ introducit mutationem i: e. *febrim*. Corporis exercitia sint tēperata, ut & *vigilia* & *somnus*; in *ardentibus* autem, quia à vigiliis valdè affliguntur ægri, somnus provocetur. *Alvus* respondeat natura vel arte, omnibus in *febribus*, nisi *Diarrhœa* vires jam valdè attriverit. Inter *animi pathemata*, confidentia & hilaritas multum valent: terror verò, ira, diffidentia, tristitia, cane pejus & angue videntur.

*Hæc teneat nostras anchora
jacta ratels.*

E I N I S.







Medic.
v
Dud. 361









